



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 168. Podiebracii Bohemiæ Regis pervicacia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

ter conflixit cum Udalrico Orphanorumi Sæcul. XV.
 Sectæ presbytero, qui Verbi dijini præ- A.C. 1465.
 dicationem unicuique liberam, nec mis-
 sionem esse necessariam contendebat.
 Hunc Henricus oratione, quam ad ter-
 tiam diem protraxit, confutabat, invictis-
 que demonstrabat argumentis, quod a
 simplicibus Sacerdotibus, nisi vocati sint,
 nullatenus prædicationis officium assu-
 mendum esset. Postea Magister sacri
 Palatii Anno millesimo quadrageentesimo
 quadragesimo renuntiatus, etiam Inqui-
 sitor hæreticæ pravitatis in Germania
 decretus est, & quinto post anno nimi-
 rum millesimo quadrageentesimo qua-
 dragesimo quinto a Nicolao V. Archie-
 piscopus Nidrosiæ in Norvegia, & Cæ-
 sariensis nominatus, die tertia decima O-
 ctobris Anno millesimo quadrageentesi-
 mo sexagesimo quinto animam efflavit.
 Oratio, quam in Concilio Basileensi di-
 xerat, in Collectione Patris Labbæi ha-
 betur. Trithemius testatur, ex Henrici
 calamo plures fluxisse sermones de tem-
 pore, de sanctis, & super *Magnificat*, nec
 non varias quæstiones, atque Collationes
 ad Clerum.

*Collect. Con-
cil. P. Labb.
to, n. 2.
Trithem. in
Chron.
Spanh. &
de Script.
Ecclesi.*

§. CLXVIII.

*Podiebracii Bohemiæ Regis perva-
cacia.*

Interea Podiebraciuss Bohemiæ Rex non Anno 1466.
 solum

Sæcul. XV. solum Pauli Papæ lenitate, ac amplis,
A.C. 1466. quibus eum cumulabat, gratiis atque fa-

*Papiens. in
Com l. 6.*

*Spond. ad
ann. 1466.
n. I. & seq.*

voribus ad meliorem frugem minime se
recepit, sed etiam impietate crescens ju-
stam in se summi Pontificis indignationem
provocavit. Præcipuam vero illius cau-
sam paucis recensebimus. Erat Podie-
bracio suos inter Proceres quidam Prin-
ceps Catholicus nomine Zdenco, seu
Stenco, religioni suæ addictissimus, ac
præclaris meritis summe commendandus.
Hunc nonnulli sive invidiæ stimulis, si-
ve calumniandi libidine agitati gravissi-
morum criminum reum Podiebracio de-
ferunt; Rex falsis ejusmodi criminatio-
nibus nimia facilitate fidem adhibebat,
ac Virum aliunde sibi minus acceptum,
ut persequeretur, occasionem datam lu-
bens arripuit, eumque omnibus bonis
exutum comprehendere statuit; quare
Zaraften oppidum, ad quod conseruat
Stenco, dura obsidione cinxit. Ille in-
ter tot arcta prehensus, ut saluti suæ con-
suleret, effugiendi mediis anxie quæsitis,
ac tandem feliciter inventis Romam ve-
nit, Pontificis opem imploraturus. Paulus
oppressi caussam in se suscipiens, lite-
ras eidem dedit ad Fridericum Imperato-
rem directas, simulque omnes, qui Zara-
ften obsidere pergerent, anathemate per-
cellit.

§. CLXIX.